

tum. Hoc enim exémplo magnificè insinuatur fidelibus conjugatis, éssam servatà pari consensu continentia, posse permanere, vocari- que conjugium, non permixto corp- oris sexu, sed custodito mentis, affectu: præsertim quia nasci eis étiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos gignéndos filios adhibéndus est.

B. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, intèrveni pro clero, intercède pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque cèlebrant tuam sanctam Nativitatem. Quia ex te Gloria Patri. Christus Deus.

Lectio IX.

Cap. 2.

Cum autem evidenter dicat Apóstolus Paulus, ex semine David secundum carnem Christum; ipsam quoque Mariam de stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare utique non debemus. Cuius femina quoniam nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, quod cognata eius esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aaron: firmissimè tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & regum scilicet, & sacerdotum, in quibus personis apud illum pópulum Hebræorum étiam mystica unctio figurabatur, id est chrisma, undè Christi nomen elucet, tanto antè étiam isá evidèntissimá significatióne præ- nuntiátum.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XIV. SEPTEMBRIS.

In Festo Exaltationis S. Crucis. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. O magnam pietatis opus, cum reliquis de Laudibus. 622. Psalm. Dixit Dó-

minus, cum reliquis de Domina. 94. & loco ultimi, Psalm. Laudate Dó- minum omnes Gentes. 97.

Capitulum.

Philip. 2.

Fratres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inventus ut homo.

Hymnus.

Vexilla Regis prædeunt: Fulget Crucis mysterium, Quæ vita mortem pertulit, Et morte vitam protulit. Quæ vulnerata lanceæ Mucrone diro, crimumum Ut nos lavaret sordibus, Manavit unda, & sanguine. Impleta sunt quæ concinit David fideli carmine, Dicendo nationibus: Regnavit à ligno Deus. Arbor decora, & fulgida, Ornata Regis purpura, Electa digno stipite Tam sancta membra tangere. Beata, cujus brachiis Præitium pependit sæculi, Statéra facta corporis, Tulitque prædam tartari. O Crux ave spes unica, In hac triumphi gloria Pius adauge gratiam, Reisque dele crimina. Te, fons salutis Trinitas, Collaudet omnis spiritus: Quibus Crucis victoriam Largiris, adde præmium. Amen.

V. Hoc signum Crucis erit in cælo. **R.** Cum Dóminus ad iudicandum vénerit.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Crux splendidior cunctis astris, mun-

mundo célebris, hominibus multum amabilis, sanctorum univèrsis: quæ sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens póndera: salva præsentem catervam in tuis hodiè laudibus congregatam.

Deus, qui nos hodièrnâ die Exaltationis sanctæ Crucis annuâ solemnitate letificas: præsta quæsumus; ut cujus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem Dóminum.

Et fit Commemoratió de Octava Nativitatis B. Mariæ, Añæ. Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gaudium annuntiavit univèrso mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiõnem, dedit benedictiõnem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. **V.** Nativitas est hodiè sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita inclyta cunctas illústrat Ecclesiás.

Oratio.

Familis tuis, quæsumus Dómine, cælestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exórdium, Nativitatis ejus votiva solémnitas pacis tribuat incrementum. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Christum Regem pro nobis in cruce exaltatum, * Venite, adorémus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Pange lingua gloriosi Lauream certaminis, Et super Crucis trophæo Dic triumphum nobilem: Qualiter Redemptor orbis Immolatus vicerit. De Parentis protoplásti, Fraude factor condolens,

Quando pomi noxiális In necem morsu ruit: Ipse lignum tunc notavit, Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis Ordo depoposcerat, Multiformis proditoris Ars ut artem falleret, Et medelam ferret indè, Hostis undè lacerat.

Quando venit ergo sacri Plenitúdo témporis, Missus est ab arce Patris Natus, orbis Cõnditor; Atque ventre Virginali Carne amictus prodiit.

Vagit infans inter arcta Cõditus præsepia: Membra pannis involtata Virgo mater alligat: Et Dei manus, pedesque Stricta cingit fasciã.

Sempiterna sit beatæ Trinitati gloria, Æqua Patri, Filiòque, Par decus Paraclito: Unus Trinique nomen Laudet univèrsitas. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona. Nobile lignum exaltatur, Christi fides ritulit, dum Crux ab omnibus veneratur.

Psalmus 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiõrum, & in via peccatõrum non stetit, * & in cãthedra pestilentia non sedit: Sed in lege Dómini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in témpore suo: Et folium ejus non defluet: * & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impius, non sic: * sed tamquam

quam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impii in iudicio: * neque peccatores in concilio iustorum.

Quoniam novit Dominus viam iustorum: * & iter impiorum peribit.

Antiphona. Nobile lignum exaltatur, Christi fides rutilat, dum Crux ab omnibus veneratur.

Antiphona. Sancta Crux extollitur a cunctis regibus, virga regia erigitur, in qua Salvator triumphavit.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

Asciterunt reges terrae, & principes convenerunt in unum * adversus Dominum, & adversus Christum suscepit ne.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in caelis iridebit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * praedicans praecipuum eius.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos in virga ferrea, * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimial qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in brevi ira eius, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Sancta Crux extollitur a cunctis regibus, virga regia erigitur:

in qua Salvator triumphavit.

Antiphona. O Crux venerabilis, quae salutem attulisti miseris, quibus offeram praeconiis, quoniam vitam nobis caelitem praeparasti!

Psalmus 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animae meae: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & extraxi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Antiphona. O Crux venerabilis, quae salutem attulisti miseris, quibus te offeram praeconiis, quoniam vitam nobis caelitem praeparasti!

V. Hoc signum Crucis erit in celo.

R. Cum Dominus ad iudicandum venerit. Pater noster. **Absolutio.**

Exaudi Domine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpetua. De libro Numeri.

Lectio i.

Cap. 21.

Cum audisset Chanaan rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnavit contra illum, & victor existens, duxit ex eo praedam. At Israel voto servavit Domino obligans, ait: Si traderis populum istum in manu mea, delibo urbes ejus. Exaudivit

que Dominus preces Israel, & tradidit Chanaanem, quem ille interfecit, subversis urbibus ejus: & vocavit nomen loci illius Horma, id est, anathema.

R. Gloriosum diem sacra veneratur Ecclesia, dum triumphale exaltatur lignum: * In quo Redemptor noster mortis vincula rumpens, calidum aspidem superavit. **V.** In ligno pendens nostrae salutis semitam Verbum Patris invenit. In quo

Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ii.

Profecti sunt autem & de monte Hor per viam, quae ducit ad Mare rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tædere cepit populum itineris ac laboris: locutusque contra Deum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquae: anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo. Quomobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.

R. Crux fidelis, inter omnes arbor quae nobilis: nulla sylvam talem profert, fronde, flore, germine: * Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinuit. **V.** Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior. Dulce. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iii.

Ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum & te: ora, ut tollat a nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet. Fecit ergo Moyses serpentem aneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussus aspicerent, sanabantur.

R. Haec est arbor dignissima, in paradisi medio situata: * In qua salustiauctor propria morte mortem omnium superavit. **V.** Crux praecellenti decore fulgida, quam Heraclius Imperator concupiscenti animo recuperavit. In qua salutis, Gloria Patri. In qua.

In secundo Nocturno, Antiphona. O Crucis victoria, & admirabile signum, in caelesti curia fac nos captare triumphum.

Psalmus 4.

Cum invocarem exaudivit me Deus iustitiae meae: * in tribulatione dilatatis mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde? * ut qui diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudivit me cum clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: * quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumentum, vini, & olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Añā. O Crucis victoria, & admirabile signum, in caelesti curia fac nos captare triumphum.

Añā. Funeste mortis damnatur supplicium, dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula criminum.

Psalmus 10.

IN Dómino confido: quomodo dicitis anime meae: * Trásmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cælo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: * pálebra ejus interrogant filios hóminum.

Dóminus interrogat justum & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, & spirítus procellarum, pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justitias dilexit: * aequitatem vidit vultus ejus.

Ana. Funestæ mortis damnatur supplicium, dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula criminum.

Ana. Rex exaltatur in æthera, cum nobile trophæum Crucis ab universis Christicolis adoratur per sæcula.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua latébitur rex: * & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntate labiórum ejus non fraudasti eum.

Quóniam prevenisti eum in benedictionibus dulcédinis: * postuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit te: * & tribuisti ei longitudinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutari tuo: * glóriam & magnum decorem in pones super eum.

Quóniam dabis eum in benedictio-

nem in sæculum sæculi: * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quóniam rex sperat in Dómino: * & in misericórdia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua ómnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * & semen eórum à filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: * cogitavérunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eórum.

Exaltare Dómine in virtute tua: * cantabimus & psallémus virtutes tuas.

Antiphona. Rex exaltatur in æthera, cum nobile trophæum Crucis ab universis Christicolis adoratur per sæcula. **V.** Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. **R.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Lectio iv.

CHóсроas Persárum rex, extrémis Phocæ impérii temporibus, Ægypto & Africâ occupata, ac Jerosólymâ captâ, multisque ibi cæsis Christianórum millibus, Christi Dómini Crucem, quam Hélena in monte Calvária collocarat, in Persidem abstulit. Itaque Heraclius, qui Phocæ succéderat, multis belli incommotis, & calamitatibus affectus, pacem petebat, quam à Chósroa victórius insolente, ne iniquis quidem conditionibus impetrare poterat. Quare in summo discrimine se assiduis je-

ju-

júniis & orationibus exércens, opem à Deo vehementer implorabat: cuius monitu exercitu comparato, signa cum hoste contulit, ac tres duces Chósroæ cum tribus exercitibus superavit.

R. Nos autem gloriári oportet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra: * Per quem salvati, & liberati sumus. **V.** Tuam Crucem adorámus Dómine, & recólimus tuam gloriósam passiónem. Per quem. **Benedictio.** Christus perpetuæ.

Lectio v.

Quibus cláudibus fractus Chósroas, in fuga, qua trajecit Tigrim parabat, Medarsæm filium sócium regni designat. Sed eam contuméliam cum Siroës Chósroæ maior patu filius, ferret atrociter, patri simul & fratri necem machinatur: quam paulo post utriusque ex fuga retracto attulit, regnumque ab Heraclio impetravit, quibusdam acceptis conditionibus: quarum ea prima fuit, ut crucem Christi Dómini restitueret. Ergo Crux, quatuordecim annis postquam venerat in potestatem Persárum, recepta est, quam rediens Jerosólymam Heraclius, solénni celebritate suis húmeris rétulit in eum montem, quod eam Salvátor tulerat.

R. Dum sacrum pignus cœlitus exaltatur, Christi fides roboratur: * Adsunt prodigia divína in virga Móysi primitus figurata. **V.** Ad Crucis contactum resurgunt mórtui, & Dei magnalia reserantur. Adsunt. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Quod factum illóstri miraculo commendatum est, Nam Heraclius ut erat auro & gemmis ornatus, insistere coactus est in porta, que ad Calvária montem dicebatur. Quò enim magis progredi co-

nabatur, eò magis retineri videbatur. Cúmque ea re & ipse Heraclius, & reliqui omnes obstupescerent, Zacharias Jerosolymórum Antistes, Vide, inquit, Imperator, ne isto triumphali ornatu, in Cruce ferenda parùm Jesu Christi paupertatem & humilitatem imitere. Tum Heraclius abjecto amplissimo vestitu, detractisque calcæis, ac plebeo amictu indutus, & reliquum viæ facillè confecit, & in eodem Calvária loco Crucem staturit, undè fuerat à Persis asportata. Itaque Exaltationis sanctæ Crucis solénnitas, quæ hac die quotannis celebrabatur, illóstrior haberi cepit ob ejus rei memoriám, quòd ibidem fuerit reposita ab Heraclio, ubi Salvatóri primum fuerat constituta. **R.** Hoc signum Crucis erit in cælo, cum Dóminus ad judicandum venerit: * Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri. **V.** Cùm sederit Filius hóminis in sede majestatis suæ, & coeperit judicare sæculum per ignem: Tunc manifesta. Glória Patri. Tunc.

Intertio Nocturno, Antiphona. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Psalmus 95.

Cantate Dómino cánticum novum: * cantate Dómino omnis terra.

Cantate Dómino, & benedicite nómini ejus: * annuntiate de die in diem salutáre ejus.

Annuntiate inter Gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmonia: * Dóminus autem cœlos fecit. Con-

Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferre Domino patrie gentium, afferre Domino gloriam & honorem: * afferre Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: * adorare Dominum in atriis sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim corripit orbem terrae qui non commovebitur: * judicabit populos in aequitate.

Lætentur caeli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudébunt campi, & omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrae in aequitate, * & populos in veritate sua.

Añā. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Añā. Per lignum servi facti sumus, & per sanctam Crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos, alleluia.

Psalmus 96.
Dominus regnavit, exultet terra: * laetentur insulae multae.

Nubes, & caligo in circuitu ejus, * justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbis terrae: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt caeli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * auditur, & laetata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judae, * propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde laetitia.

Lætamiini justi in Domino: * & confitemini memoriae sanctificationis ejus.

Añā. Per lignum servi facti sumus, & per sanctam Crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, Filius Dei redemit nos, alleluia.

Añā. Salvator mundi salva nos, qui per Crucem & sanguinem tuum redemisti nos, auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster.

Psalmus 97.
Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus: * & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutarem suum: * in conspectu Gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiae suae: * & veritatis suae domui Israel.

Viderunt omnes termini terrae salutarem Dei nostri.

Jubilare Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubae corinae.

Jubilare in conspectu regis Domini: * moveatur mare, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flu-

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt a conspectu Domini: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * & populos in aequitate.

Antiphona. Salvator mundi salva nos, qui per Crucem, & sanguinem tuum redemisti nos, auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster. **V.** Omnis terra adoret te, & psallat tibi.

R. Psalmum dicat nomini tuo Domine. Pater noster. **Abolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.
Cap. 12. e.
In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judaeorum: Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et reliqua.

Homilia Sancti Leonis Papae.
Serm. 8. de Passione Domini post med.

Exaltato, dilectissimi, per Crucem Christo, non illa tantum species aspectui mentis occurrat, quae fuit in oculis impiorum, quibus per Moysen dictum est: Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitae tuae. Isti enim nihil in crucifixo Domino praeter facinus suum cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides vera justificaretur, sed quo conscientia iniqua torqueretur. Noster vero intellectus, quem spiritus veritatis illuminat, gloriam crucis caelo terraque radiantem, puro ac libero corde suscipiat, & interiore acie videat, qualem sit quod Dominus, cum de passionis suae loqueretur instantia, dixit: Nunc judicium mundi est, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.

R. Dulce lignum, dulces clavos,

dulce pondus sustinuit: Quae sola digna fuit portare pretium hujus saeculi. **V.** Hoc signum Crucis erit in caelo, cum Dominus ad judicandum venerit. Quae sola. **Benedictio.** Divinum auxilium.

Lectio viij.
Admirabilis potentia Crucis, o ineffabilis gloria passionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim Domine omnia ad te, & cum expandisses tota die manus tuas ad populum non credentem, & contradicentem tibi, confitenda majestatis tuae sensum totus mundus accepit. Traxisti Domine omnia ad te, cum in exactionem Judaei sceleris, unam protulerunt omnia elementa sententiam, cum obscuratis luminaribus caeli, & converso in noctem die, terra quoque motibus quaeretur insolitis, universaque creatura impiorum usui se negaret. Traxisti Domine omnia ad te, quoniam scisso templi velo, sancta sanctorum indignis pontificibus recesserunt, ut figura in veritatem, propheta in manifestationem, & lex in Evangelium verteret.

R. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: Quod ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. **V.** Non misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ut omnis gloria Patri. Ut omnis. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.
Traxisti Domine omnia ad te, ut quod in uno Judaeae templo obumbratis significationibus tegebatur, pleno apertoque sacramento universarum ubique nationum devotio celebraret. Nunc etenim &

or-

ordo clarior Levitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratio est unctio Sacerdotum: quia Crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum: per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum una corporis & sanguinis tui implet oblatio: quoniam tu es verus Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: & ita in te universa perficis mysteria, ut sicut unum est pro omni victima sacrificium, ita unum de omni gente sit regnum.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES.

& per Horas Antiphona.
Magnum pietatis opus! mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Añã.** Salva nos Christe Salvator per virtutem Crucis, qui salvasti Petrum in mari miserere nobis. **Añã.** Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ, vicit leo de tribu Juda, radix David, alleluia. **Añã.** Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi. **Añã.** Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

Capitulum. *Philip. 2.*

Fratres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

Hymnus.

Lustra sex qui jam perëgit
Tempus implens corporis,
Sponte libera Redemptor
Passioni deditus,

Agnus in Crucis levatur

Immolandus stipite.

Felle potus ecce languet,

Spina, clavi, lancea

Mite corpus perforantur,

Unda manat, & cruor:

Terra, pontus, astra, mundus,

Quo lavantur flumine!

Cruce fidelis, inter omnes

Arbor una nobilis:

Sylva talem nulla profert

Fronde, flore, germine:

Dulce ferrum, dulce lignum,

Dulce pondus sustinent.

Flecte ramos arbor alta,

Et rigor lentescat ille,

Quem dedit nativitas;

Et superni membra Regis

Tende mihi stipite.

Sola digna tu fuisti

Ferre mundi Victimam,

Atque portum præparare

Arca mundo naufrago,

Quam sacer cruor perunxit,

Fusus Agni corpore.

Sempiterna sit beatæ

Trinitati gloria,

Æqua Patri, Filioque,

Par decus Paraclito:

Unus, Trinique nomen

Laudet universitas. Amen.

Y. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. **R.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior, in qua vita mundi pependit, in qua Christus triumphavit, & mors mortem superavit in æternum.

Oratio.

Deus, qui nos hodiernâ die exaltationis sanctæ Crucis annuâ solennitate lætificas: præsta quesumus; ut ejus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eum-

eiusdem Dominum nostrum, &c.

Postea fit Commem. de Octava Nativitatis B. Mariæ, añã. Nativitatem hodiernam perpetuæ Virginis Genitricis Dei Mariæ sollemniter celebræmus, qua celsitudo throni processit, alleluia. **Y.** Nativitas est hodiè Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita incluta cunctas illustrat Ecclesiâs.

Oratio. Famulis tuis, quasumus Dómine, ut sup. 615.

Ad Tertiam, Antiphona. Salva nos. **Capitulum.** Fratres, Hoc enim sentite, ut suprà. 622.

R. br. Hoc signum Crucis. Erit in cælo. Hoc signum. **Y.** Cùm Dóminus ad judicandum venerit. Erit in cælo. Glória Patri. Hoc signum. **Y.** Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. **R.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Ad Sextam, Antiphona.

Ecce Crucem Dómini.

Capitulum. *Galar. 6. a*

Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

R. br. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. Adoramus te. **Y.** Quia per Crucem tuam redemisti mundum. Et benedicimus. Glória Patri. Adoramus. **Y.** Omnis terra adoret te, & psallat tibi. **R.** Psalmum dicat nomini tuo Dómine.

Ad Nonam, Antiphona.

Per signum Crucis.

Capitulum. *Philip. 2.*

Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen.

R. br. Omnisterra adoret te, & psallat tibi. Omnis. **Y.** Psalmum dicat nomini tuo Dómine. Et psallat.

Glória Patri. Omnis. **Y.** Hoc signum Crucis erit in cælo. **R.** Cùm Dóminus ad judicandum venerit.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis. 614.

Ad Magnificat, Antiphona.
O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare Regem cælorum, & Dóminum, alleluia.

Oratio. Deus, qui nos hodiernâ die, ut suprà. 622.

Deinde fit Commemoratio diei Octavæ Nativitatis B. Mariæ, ut in primis Vesperti Westi, añã. Gloriósæ Virginis Mariæ ortum dignissimum recolamus, quæ & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. Nativitas est hodiè Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita incluta cunctas illustrat Ecclesiâs.

Oratio. Famulis tuis, ut sup. 615.

Postea Sancti Nicomedis Martyris, añã. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **Y.** Glória & honore coronasti eum Dómine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Ad esto Dómine populo tuo: ut beati Nicomedis Martyris tui mérita præclara suscipiens, ad impetrandam misericórdiam tuam semper ejus patrocinii adjúvetur. Per Dóminum nostrum.

DIE XV. SEPTEMBRIS.

In Octava Nativitatis B. Mariæ.

Duplex.

Omnia ut in die Festo, 597. exceptis his quæ hic ponuntur.

In primo Nocturno.
De Canticis canticorum.

Lectio j. *Cap. 8. b*

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, in-nixa super dilectum suum?

Sub

Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio: lampades ejus, lampades ignis aque flammaram.

B. Hodie nata est beata Virgo Maria ex progénie David: * Per quam salus mundi creditibus apparuit, cujus vita gloriosa lucem dedit saculo. **V.** Nativitatem beatæ Mariæ Virginis cum gaudio celebrémus. Per quam.

Lectio ij.

Aque multe non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Soror nostra parva, & ubera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

R. Beatissimæ Virginis Mariæ Nativitatem devotissimè celebrémus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Cum jucunditate Nativitatem beatæ Mariæ Virginis devotissimè celebrémus. Ut ipsa.

Lectio iij.

Ego murus: & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi Pacem repériens. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu ejus mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus ejus. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilectæ

mi, & assimilare capræ hinnulorum que cervorum super montes aromatum.

R. Gloriosa Virginis Mariæ ortum dignissimum recolamus, * Cujus Dóminus humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concepit Salvatorem mundi. **V.** Beatissimæ Virginis Mariæ Nativitatem devotissimè celebrémus. Cujus Dóminus. Glória Patri. Cujus Dóminus.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Homilia contra Nestorium.

Lectio iv.

Hilarem video cœtum Sanctórum ómniium, qui conveniunt promptis animis, à Sancta & Dei Matre Mariá semper virgine convocati. Laus & glória sit tibi sancta Trinitas, quæ omnes nos ad hanc celebritatem convocasti. Sit etiam tibi Sancta Dei Mater laus. Tu enim es pretiosa margarita orbis terrarum: tu lampas inextinguibilis, coróna virginitatis, sceptrum orthodoxæ fidei, templum indissolubile, cõtinens eum qui nusquam contineri potest, mater, & virgo, per quam benedictus, qui venit in nomine Dómini, in sanctis Evangelii nominatur.

R. Nativitas gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abraham, ortæ de tribu Juda, claræ ex stirpe David: * Cujus vita inelucta cunctas illustrat Ecclesias. **V.** Hodie nata est beata Virgo Mariá ex progénie David. Cujus.

Lectio v.

Per te Trinitas sanctificatur, per te crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum. Per te exiit cœlum, lætantur Angeli & Archangeli, fugantur demones, & homo ipse ad cœlum vocatur. Per te omnis creatura idolo-

10-

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 2. in Matth. post initium.

Auditum quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehenditur, Patrique per omnia cœquâlis, per Virginis ad nos venit uterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores David & Abraham: & quid dico, David & Abraham? etiam illas, quod magis stupendum est, feminas, quas paulo antè memoravi. Hæc igitur audiens mente consurge, nihilque hõmile suspicèris, sed potius propter hoc ipsum maxime mirare, quia cum verus & dilectus Filius sit semperterni Dei, etiam filius David esse dignatus est, modo ut te filium faceret Dei: servum patrem habere dignatus est, ut tibi servo patrem faceret ipsum Deum.

R. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus a progénie in progénies timentibus eum. Quia fecit.

Lectio viij.

Vides ab ipso statim principio, quam læta sint hæc nuntia. Quòd si ambigis de his quæ ad tuum spectant honorem, ab iis quæ illius sunt, etiam tu discere crederes. Quantum enim consequi potest humana ratio, multo est difficilior Deum hõminem fieri, quam hõminem Dei filium consecrari. Cum ergo audieris, quia Filius Dei, filius sit & David & Abraham; dubitare jam desine, quòd & tu, qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ita humiliasset, nisi nos esset exaltaturus. Natus est enim secundum carnem, ut

Rr

10

lõrum errore detenta, convèrsa est ad agnitionem veritatis, & fidèles hõmines ad sanctum baptismam pervenerunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclesiæ.

R. Cum jucunditate Nativitatem beatæ Mariæ celebrémus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canamus glóriam in hac sacra solemnitate præcellæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vij.

Te adjutrice gentes venniunt ad poenitentiam. Quid plura? Per te unigenitus Dei Filius, vera illa lux effulsit sedentibus in tenebris & umbra mortis. Per te Prophète prænuntiaverunt, per te Apóstoli salutem Géntibus prædicarunt. Quisnam poterit tuarum laudum præcõnia explicare, Mariá mater & virgo? Hanc, fratres dilectissimi, celebrémus, ejus Filium Ecclesiæ sponsum immaculatam adorantes: cui honor & glória in sæcula sæculorum. Amen.

R. Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui solvens.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Part. Estiva.

tu nascere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: **•** Quia ex te ortus est sol iustitiae, **•** Christus Deus noster. **V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Nativitatem. Quia ex te. Gloria Patri. Christus Deus.

Pro Sancto Nicomede Martyre.
Lectio ix.

Nicomedes Presbyter, persecuente Christianos Domitiano Imperatore, quod corpus Feliculae virginis propter confessionem Christianae fidei à Flacco Comite interfecta sepelisset, comprehendi iussus est: ductusque ad stratus deorum, cum eis sacrificare vellet (quod facere jubebatur) constanter negavisset, propterea quod sacrificium uni Deo vero, qui regnat in caelis, deberetur; plumbatis caesus, in eo martyrio animam Deo reddidit. Cujus corpus cum idem Comes in profluentem Tiberim projici imperasset; Justus Nicomedis Clericus diligenter conquisitum, ad muros Urbis via Nomentana honorifice in sepulchro condidit.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio S. Nicomedis Mart. Añe. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florabit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Adesto Domine, ut supra. 623.

In secundis Vesperis, fit Commemoratio de SS. Cornelio & Cypriano.

DIE XVI. SEPTEMBRIS.

In Festo SS. Martyrum Cornelii & Cypriani.

Semiduplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xxx. praeter sequentia. Antiphona. Istorum est enim regnum caelorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad praemia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Laetamini in Domino & exultate iusti.

R. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum, Cornelii & Cypriani nos, quosumus Domine, festa tueantur: & eorum commendatio oratio veneranda. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio SS. Euphemiae, Luciae, & Germiniani Martyrum.

In Vesperis, Antiphona. Gaudent in caelis animae Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine. **V.** Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Laetabuntur in cubilibus suis.

In Laudibus vero, Añe. Istorum est enim regnum caelorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad praemia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Laetamini in Domino & exultate iusti. **R.** Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Praesta, Domine, precibus nostris cum exultatione provenitum; ut Sanctorum Martyrum Euphemiae, Luciae, & Germiniani, quorum diem passionis annua devotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dominum nostrum.

rentes inundaverunt. Terra.

Lectio v.

Si Festum SS. Cornelii & Cypriani venerit in Dominica transferatur in proximam diem Festo ix. Lektionum non impeditam. Commemoratio autem SS. Euphemiae, Luciae, & Germiniani fit in j. Vesperis & Laudibus Dominica, cum nona Lectio ne ipsorum: & Añe. & VV. non variantur, sed dicuntur ex eorum Comuni.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Si autem venerit in Quatuor Temporibus, in primo Nocturno leguntur Lectiones de Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, Debitores sumus, de Comuni plurimorum Martyrum, xxxij. & nona Lectio de Homilia Ferie occurrentis, cum ejus Commemoratione ad Laudes tantum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Cornelius Romanus, Gallo & Volusiano Imperatoribus Pontificatum gerens, cum Lucina femina sanctissima, corpora Apostolorum Petri & Pauli & catacumbis in opportuniorem locum transtulit: ac Pauli corpus Lucina in suo praedio via Ostiensi, prope eum locum, ubi fuerat gladio percussus, collocavit: Cornelius Principis Apostolorum corpus non longe inde, ubi crucifixus fuerat, reposuit. Quod cum ad Imperatores delatum esset, & Pontifice auctore multos fieri Christianos, mittitur is in exilium ad Centum cellas: ubi eum Sanctus Cyprianus Episcopus Carthaginensis per litteras est consolatus.

R. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes praecipit tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: **•** Terra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. **V.** Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquae, & tor-

Hoc autem Christianae charitatis officium cum frequens alter alteri persolveret, deteriorem in partem id accipientes Imperatores, accesserunt Romam Cornelium, tamquam de maiestate reum plumbatis caedi, raptumque ad Marti simulacrum ei sacrificare jubent. Quam impietatem cum ille detestaretur, ei caput abscissum est decimo octavo Kalendas Octobris: cujus corpus beata Lucina clericis adiutoribus humavit in arenaria praedii sui prope coemeterium Callisti. Vixit in Pontificatu annos circiter duos.

R. Verbera carnificum non timeverunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: **•** Ut haeredes fierent in domo Domini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut haeredes. Ex libro Sancti Hieronymi Presbyteri de Scripturis Ecclesiasticis.

Lectio vi.

Cyprianus Afer, primam gloriosè Rhetoricam docuit, exinde suadente Presbytero Caecilio, à quo & cognomen sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogavit. Ac post non multum temporis electus in Presbyterum, etiam Episcopus Carthaginensis constitutus est. Hujus ingenii superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint ejus opera. Passus est sub Valeriano & Gallieno Principibus, persecutione octava, eodem die, quo Romae Cornelius, sed non eodem anno.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum:

Rt 2

Quoniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papa in Evangel. Cum audieritis praelia, ut in Communi plurimorum Martyrum. xxxvij. Pro Sanctis Martyribus Euphemia, Lucia, & Geminiano.

Lectio ix.

Euphemia, Lucia, & Geminianus, in persecutōe Diocletiani, non eodem loco, sed eodem die, martyrio coronati sunt. Euphemia virgo apud Chalcedonem, Prisco proconsule, varia tormentorum genera, virgarum, equulei, rotarum, ignis constanter passa; demum bestiiis objecta, una ex iis morsum sancto corpori infigente, ceteris pedes ejus lambentibus, immaculatam spiritum Deo reddidit. Lucia, vidua Romana, a filio Eutropio, quod Christum multos annos coluisset, accusata, in ollam pice ac plumbo ferventem demittitur: undè incolumis evadens, cum ferro plumboque onerata per Urbem duceretur, Geminianum, nobilem virum, constantia fidei & martyrii ad Christum convertit: quem etiam cum multis aliis ad fidem perductis, varie tortum, gloriosi martyrii absceiso capite socium habuit. Quorum corpora Maxima, mulier Christiana, honorifice sepelivit. Te Deum laudamus. 12.

Vesperæ sequentis, cum Commemoratione SS. Corneli & Cypriani Martyrum.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

In Festo Impressionis SS. Stigmatum in corpore beati Francisci.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoria non Pontificis, IV. exceptis his quæ hic propria ponuntur.

*En esse dia abar d. ula nocho me aral Do-
taron 25 hombar armado etand solo en
me cara en salinas me tumbaron d. uizeon
sable en m. pedes y me rebaron toto, toto.*

Capitulum.

Ecclesi 31.

Beatu vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudavimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Ad Vesperas Hymnus.

Iste Confessor Domini, colentes Quem pie laudant populi per orbem,
Hac die lætus meruit beata Vulnera Christi.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sobriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit aure Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum frequentèr, Ægra quæ passim jacuere membra Viribus morbi domitis, saluti Restituuntur.

Noster hinc illi Chorus obsequentem Concinit laudem, celebræque palmas;

Ut piis ejus præcibus juvenetur Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus, Qui super cæli sôlo coruscans, Totius mundi seriem gubernans, Trinus & unus. Amen.

In utrisque Vesperis, **V.** Signasti Domine servum tuum Franciscum. **R.** Signis redemptionis nostræ.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci Passiōis tuæ sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis & præcibus crucem jûgiter feramus, & dignos fructus poenitentia faciamus. Qui vivis & regnas.

Deinde fit Commemor. SS. Corneli & Cypriani Martyrum, Antiphona. Gaudent in cælis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine. **V.** Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Letabuntur in cubilibus suis.

Oratio. Beatorum Martyrum, et supra. 626.

In primo Nocturno.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio j. Cap. 5. d. 6.

Si spiritu vivimus, spiritu & ambulamus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriari habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communique autem is qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis.

R. Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: **V.** Intra in gaudium Domini tui. **V.** Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratu sum. Intra.

Lectio ij.

Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem fa-

ciens, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus litteris scripsi vobis me manu. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumcidiuntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra gloriantur.

R. Justus germinabit sicut lilium: **V.** Et florebit in æternum ante Dominum. **V.** Plantatus in domo Domini, in atrii domus Dei nostri. Et florebit.

Lectio iij.

Mihi autem libet gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israël Dei. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratiâ Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen. **V.** Iste cognovit iustitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum: **V.** Et inventus est in numero sanctorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Et inventus, Gloria Patri. Et inventus.

In secundo Nocturno.

D. Bonav. in Legenda S. Francisci c. 13.

Lectio iv.

Fidelis reverè famulus & minister Christi Franciscus, biennio antequam spiritum redderet cœlo, cum in loco excelsio seorsum,

Rr 3

qui

qui mons Alvéria dicitur, quod dragenarium ad honorem Archangelii Michaelis jejuniū inchoasset: supernæ contemplationis dulcedine abundantius solito superfluis, ac cœlestium desideriorum ardentiori flammâ succensus, supernarum cœpit immisionum cumulatus dona sentire. Dum igitur seraphicus desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum, & affectus compassiva teneritudine in eum transformaretur, cui ex charitate nimia crucifigi complacuit: quodam mane, circa festum Exaltationis sanctæ Crucis, in latere montis orans, vidit quasi speciem unius Seraphim, sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem, de cœlorum sublimitatibus descendere: qui volatu celerrimo ad aëris locum viro Dei propinquum perveniens, non solum alatus, sed & crucifixus apparuit: manus quidem & pedes habens extensos, & cruci affixos, alas verò sic miro modo hinc inde dispositas, ut duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus verò reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Hoc videns, vehementer obstupuit, mixtumque dolori gaudium mens ejus incurrit, dum & in gratioso ejus aspectu sibi tam mirabiliter quam familiariter apparentis excessivam quandam concipiebatur lætitiā, & dira conspecta crucis affixio ipsius animam compassivo doloris gladio pertransivit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductōribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Jus tum dedit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Intellēxit quidem illo docente interius, qui & apparebat exte-

rius, quod licet passionis infirmitas eum immortalitate spiritus seraphici nullatenus conveniret, ideo tamen hujusmodi visio suis fuerat presentata conspectibus, ut amicus ipse Christi prænosceret, se non per martyrium carnis, sed per incēdium mentis totum in Christi Jesu crucifixi expressam similitudinem transformandum. Disparens itaque visio, post arcānum ac familiare colloquium, mentem ipsius seraphico interius inflammavit ardore: carnem vero crucifixo conformi exteriùs insignivit effigie, tamquam si ad ignis liquefactivam virtutem præambulam sigillatim quædam esset impressio subscuta. Statim namque in manibus & pedibus ejus apparere cœperunt signa clavōrum, ipsorum capitibus in inferiori parte manuum & superiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus existentibus ex adverso. Dextrum quoque latus, quasi lancea transfixum, rubrâ cicatrice obductum erat; quod sæpe sanguinem sacrum effundens, tunicam & femoralia resperebat.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et.

Lectio vi.

Postquam igitur novus homo Franciscus novo & stupendo miraculo claruit, cum singulari privilegio retroactis sæculis non concessio insignitus apparuit, sacris videlicet Stigmatibus decoratus, descendit de monte secum ferens crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis vel ligneis, manu figuratam artificis, sed in carnis membris descriptam digito Dei vivi. Quoniam sacramentum Regis seraphicus vir abscondere bonum esse optime no-

rat

Hymnus ad Laudes.

Jesu corōna cœlior,
Et veritas sublimior,
Qui confitentis servulo
Reddis perenne præmium.
Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu, noxi
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reverso tempore
Dies refulsit lūmine.
Quo sanctus hic de corpore
Christi recepit Stigmata.
Hic vana terræ gaudia,
Et luculenta prædia
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cœlestia.
Te Christe Rex piissime
Hic confitendo jugiter,
Calcavit artes demonum,
Sævumque avēni principem.
Virtute clarus & fide,
Confessione sedulus,
Confessione sedulus,
Jejunia membra deserens
Dapes supernas obtinet.
Proinde te piissime,
Precamur omnes supplices
Nobis ut hujus gratia
Penas remittas debitas.
Patri perennis gloria,
Natoque Patris unico,
Sanctoque sit Paraclyto,
Per omne semper sæculum.
Amen.

**In Vesperiis Commem. sequentis.
DIE XVIII. SEPTEMBRIS.**

**In Festo S. Thomæ de Villanova
Episcopi & Confessoris,
Semiduplex.**

**Omnia de Communi Confessoris
non Pontificis, xli. præter ea quæ
sequuntur.**

**In Hymno. Iste Confessor, dicitur: Hæc die lætus meruit supremos
Laudis honores.
Ad Magnificat in utrisque Vesperiis.
Añā. Dispērsit, dedit pauperibus
justitia ejus manet in sæculum sæculi.**

Kr 4

Ora-

rat, secreti regalis conscius, signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum quia Dei est ad gloriam suam magna revelare, quæ facit Dominus ipse, miracula illa secreta impresserat, miracula quædam aperte per ipsa monstravit, ut illorum occulta & mira vis Stigmatum, manifesta pateret claritate signorum. Porro rem admirabilem, ac tantoperè testatam, atque in Pontificis diplomatis præcipuis laudibus & favoribus exaltatam, Benedictus Papa Undecimus anniversaria solemnitate celebrari voluit: quam postea Paulus Quintus Pontifex Maximus, ut corda fidelium in Christi crucifixi accenderentur amorem, ad universam Ecclesiam propagavit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: **Q**uia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Si quis vult, de Communi unius Martyris. xxvj.

R. vij. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis corde suo laudavit Dominum: **I**pse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinentis ab omni opere malo, & permansens in innocentia sua. Ipse intercedat.

R. viij. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi: **P**er quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. **V.** Ego enim Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Per quem. Glória Patri. Per quem.

Oratio.

DEus, qui beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiae virtute decorasti: quaesumus, ut ejus intercessionem in omnes, qui te deprecantur, divitias misericordiae tuae benignae effundas.

Deinde fit Commemoratio. Ss. Stigmatum in corpore S. Francisci.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Si venerit in Quatuor Temporibus, in primo Nocturno leguntur Lectiones de Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Fideles sermo, de Communi Confessoris Pontificis, xliij. & nona Lectio de Homilia Feriae occurrentis, cum Commemoratione ad Laudes tantum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Thomas in oppido Fontisplani Toletanae Dioceseos in Hispania natus anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo, ab optimis parentibus in eunte vita pietatem, & singularem in pauperes misericordiam accepit: cujus adhuc puer complura dedit exempla; sed illud in primis nobile, quod ut nudos operiret, propriis vestibus non semel seipsum exuit. Exacta pueritia Compito (quo missus fuerat, ut alumnus in Collegio majori Sancti Ildephonsi litteris operam daret) patris obitu revocatus, universam haereditatem egenis virginibus alendis dicavit: eodemque statim reversus est, & sacrae Theologiae cursu confecto adeo doctrina excelluit, ut in eadem Universitate cathedram ascendere jussus, Philosophicas Theologicasque questiones mirabiliter explanaverit: interim assiduis precibus scientiam Sanctorum, & rectam vitae, morumque normam à Domi-

no vehementissimè postulans. Quare divino instinctu Eremitarum Sancti Augustini amplexus est Institutum.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Nihil proficit inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei, Manus enim.

Lectio v.

Religionem professus, omnibus religiosi hominis virtutibus & ornamentis excelluit; humilitate, patientia, continentia, sed ardentissima charitate summè conspicuus: inter varios & assiduos labores orationi, rerumque divinarum meditationi invicto spiritu semper intentus. Praedicandi onus, utpotè sanctimoniā & doctrinā praestans, subre jussus, coelesti aspirante gratia, innumerabiles è vitiōrum ceno in viam salutis eduxit. Regēdis deinde fratribus admotus, prudentiam, aequitatem, & mansuetudinem pari sedulitate ac severitate conjunxit; adeo ut priscam sui Ordinis disciplinam multis in locis vel firmaverit, vel restituerit.

¶ Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Granatensis Archiepiscopus designatus, mirā humilitate & constantia insigne munus rejecit. Verum non multo post Valentiam Ecclesiam, superiorum auctoritate coactus, gubernandam suscepit: quam annis ferme undecim ita rexit, ut sanctissimi & vigilantissimi

Pas-

DIE XIX. SEPTEMBRIS.

In Festo Ss. Martyrum Januarii Episcopi & Sociorum.

Duplex.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum, xxx. praeter sequentia.

Oratio.

DEus, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum Januarii, & Sociorum ejus, solemnitate laetificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendāmur exemplis, Per Dominum nostrum.

Deinde fit Commemoratio S. Thomae de Villanova, Antiphona. Dispersit. ¶ Justum deduxit. Oratio. Deus, qui, ut supra. 631.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Si autem venerit in Quatuor Temporibus, leguntur Lectiones de Epistola ad Romanos. Fratres, Debitores sumus, ut in Communi plurimorum Martyrum, xxxij. & nona Lectio de Homilia Feriae occurrentis, cum ejus Commemoratione ad Laudes tantum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Januarius, Benevienti Episcopus, Diocletiano & Maximiano in Christianos saevientibus, ad Timotheum Campaniae Praxidem ob Christianae fidei professionem Nolum perducitur. Ibi ejus constantia variè tentata, in ardentem fornacem conjectus, ita illesus evasit, ut ne vestimentum, aut capillum quidem flamma violaverit, Hinc Praeses accensus iracundiā, Martyris corpus imperat usque eò distrahi, quoad nervorum compages atque juncturae solvantur. Festus interea ejus Diaconus, & Desiderius Lector comprehēnsi, vincitque una cum Episcopo ante rheadam Praxidis Puteolos pertrahuntur, & in eum

Pastoris partes explēverit. Caeterum consuetā vivēdi ratione nihil admodum immutata, inexplebili charitati multo magis indulsit; cum amplus Ecclesiae redditus in egenos dispersit, ne lectulo quidem sibi relicto: nam eum, in quo decumbebāt, cum in coelum evocaretur, ab eodem commodatam habuit, cui paulo ante eleemosynae loco donaverat. Obdormivit in Domino sexto Idus Septembris, annos natus octo & sexaginta. Servi sui sanctitatem adhuc vivētis, & exinde post mortem, miraculis Deus testatam voluit; praesertim, cum horreum, frumento pauperibus distributo, penitus vacuum, repente plenum inventum est; & cum ad ejus sepulchrum puer mortuus revixit. Quibus aliisque non paucis fulgentem signis, Alexander Septimus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscriptis, atque ejus memoriā Domino decimo Kalendas Octobris celebrari mandavit.

¶ Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omni terra doctrinā ejus replēta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ¶ Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervēnit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

Intertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Homo peregrè proficiscens, de Communi Confessoris Pontif. xvij. Ad Benedictus, Antiphona.

Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

Et fit Commemoratio Feriae, si venerit in Quatuor Temporibus, ad Laudes tantum.

Vesperae à Capitulo de sanctis Martyribus Januarii & sociis, cum Commemoratione S. Thomae de Villanova, ut infra

eúndem cárcerem, in quo Sósius Misénas, & Próculus, PuteolánuS Diáconus, Eutyches & Acútius láici ad béstias damnáti detinebántur, simul conjiciúntur.

R. Sancti tui Dómine mirábilé consecúti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illæsi in aquis válidis: Terra appáruit arida, & in Mari rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ, & torréntes inundavérunt. Terra.

Lectio v.

Postero die omnes in amphitheatro feris obiecti sunt: quæ naturalis oblitæ feritatis, ad Januárii pedes se prostravérunt. Id Timótheus mágicis cantiónibus tribuens, cum sententiæ cápitis in Christi Mártyres pronuntiáset, oculis repénitè captus, oránte nox beáto Januário, lumen récepit: quo miraculo, hóminum millia ferè quinque Christi fidem suscepérunt. Verùm ingrátus iudex nihil placatiónis factus beneficio, sed conversiónis tantæ multitudínis actus in rábiem; véritus máximè Principum decréta, sanctum Episcopum cum sóciis gladio percúti jussit.

R. Verbera carnisificum non timuerunt Sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine: Ut hæredes fierent in dono Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Lectio vi.

Horum córpora finitimæ urbes, pro suo quæque studio certum sibi patrónum ex iis apud Deum adoptándi, sepeliéndá curárant. Januárii corpus Neapolitáni divino admónitu extulère: quod primò Benevéntum, inde ad Monastérium Montis Virginis, postremò Neápolim translárum, & in majóri Ecclésia cónditum, multis

miráculis claruit. Sed illud in primis memorándum, quòd erumpéntes olim è monte Vesúvio flammárum globos, nec vicinis modo, sed longinquis etiám regiónibus vastitátis metum afferéntes, extinxit. Præclarum illud quoque, quòd ejus sanguis, qui in ampúlla vitrea concrétus asservátur, cum in conspécitu cápitis ejúsdem Mártyris ponitur, admirándum in modum colliguescit & ebullire, perinèdè atque recens effúsus, ad hæc usque témpora cernitur.

R. Tamquam aurum in fornáce probávit electós Dóminus, & quasi holocáusti hóstiam accépit illos: et in témpore erit respectus illórum: Quóniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligént veritatè: & fideles in dilectióne acquiescent illi. Quóniam donum. Glória Patri. Quóniam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 24.

In illo témpore: Sedente Jesu super montem Olivéti, accessérunt ad eum discipuli secrétò, dicéntes: Dic nobis, quando hæc erunt? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Math. can. 25.

Discipuli Dóminum interrogant quando hæc fierent, quodve signum & advéntus sui & consummationis sæculi noscerent. Et quia tria hæc in unum quæsitá sunt, distinctis & témporis intelligéntiæ significatióibus separántur. Respondétur igitur primùm de civitatís occásu: & confirmántur veritatè doctrinæ, ne quis fallax ignorántibus posset obrepere. Ventúri enim erant etiám eórum témpore, qui se Christum essent nuncupáveri. Ut igitur fides pes-

Vesperæ à Capitulo de SS. Euschio & Sociis Martyribus, cum Commemoratióne SS. Januárii & Sociorum Martyrum.

DIE XX. SEPTEMBRIS.

In Festo Sanctorum Eustachii & Sociorum Martyrum.

Duplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xxx. præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui nos concédís Sanctorum Mártyrum tuorum Eustachii, & Sociorum ejus natalitia cõdere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dóminum nostrum.

Pro Commemoratióne Sanctorum Januárii & Sociorum, Antiphona. Gaudet in cœlis ánime Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secúti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, idèo cum Christo exultant sine fine. **V.** Exultábunt Sancti in glória. **R.** Latábuntur in cubilibus suis.

Oratio. Deus, qui nos annuá, ut supra. 633.

Si hoc Festum venerit in Quatuor Temporibus, Lectiones primi Nocturni de Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Fratres, Debitores sumus, de Comuni plurimorum Martyrum. xxxij.

Lectio nona legitur de Homilia Felix occurrentis, cum ejus Commemoratióne in Laudibus tantum, & de Vigilia nihil fit, nisi in Missa.

Si non venerit in Quatuor Temporibus, Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente, nona Lectio erit de Vigilia, ut infra; & Commemoratió in Laudibus.

In

pestifero mendácio détrahi posset, admónitio præcésit.

R. Propter testaméntum Dómini, & leges paternas Sancti Dei perstiterunt in amóre fraternitatís: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. **V.** Ecce quàm bonum & quàm jucúndum habitáre fratres in unum. Quia unus.

Lectio viij.

Confirmat igitur eos ad tolerántiam passiónum, fugæ, verberatiónis, interitús, & públicí in eos ódii propter nomen ejus. Atque his quidem vexatióibus multi turbábuntur, & tantis insurgéntibus malis scandalizábuntur, & usque in mútum ódium excitábuntur. Et falsi prophætæ erunt (ut Nicoláus unus ex septem Diáconibus fuit) multósque ementitá veritatè pervertent: & abundántè nequitia cháritas refrigéscet.

R. Sancti mei qui in carne positi, certámen habuístis: Mercédem labóris ego reddam vobis. **V.** Veníte benedicti Patris mei, percípite regnum. Mercédem. Glória Patri. Mercédem.

Lectio ix.

Sed usque in finem perseverántibus salus reserváta est: ac tum per omnes orbis partes viris Apostólicis dispérsis, Evangelii veritas prædicábitur. Et cum univérsis fuerit cognitio sacraménti cœlestis in vécta, tum Jérusalem occásus, & finis incómbet: ut prædicatiónis fidem & infidélium pœna, & metus civitatís erutæ consequátur. Hæc igitur in eam, ut fuerant prædicta, perfectá sunt: & lapidátis, fugátis, capémptis Apostólis, fame, bello, captivitatè consumpta est. Ac tum fuit digna non esse, cum ejetis prædicatóribus Christi, indignam Dei prædicatióne se præbuit.

Te Deum laudámus. 12.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Eustachius, qui & Placidus, genere, ópibus & militári, glória inter Romános insignis, sub Trajáno Imperatóre magistrí militum titulum meruit: cum verò sese aliquándo in venatione exercéret, ac fugientem mirá magnitudinis cervum insequeretur, vidit repénitè inter consisténtes fera cornua excelsam, atque fulgentem Christi Dómini è cruce pendéntis imaginem; cujus voce ad immortalis vitæ prædam invitátus, uná cum uxóre Theopista; ac duobus pávulis filiis, Agapito & Theopisto, Christiánæ militiæ nomen dedit.

Sancti tui Dómine mirábilè consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis válidis: Terra apparuit árida, & in Mari rubro via sine impediménto. Quóniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

Lectio v.

Mox ad visionis pristinæ locum, sicut ei Dóminus præcéperat, regressus, illum prænuñtiantem audivit, quanta sibi deinceps pro ejus glória perferenda essent. Quocirca incredibiles calamitates mirá patientiá perpessus, brevi in summam egestatem redactus est. Cúmque clam se subdicere cogeretur, in itinere conjugem primùm, deinde etiám liberos sibi miserabiliter eréptos ingemuit. Tantis obvolútus ærumnis, in regione longinqua villicum agens, longo tempore delituit, donec cælesti voce recreatus, ac nová occasione à Trajáno conquistus, iterùm bello proficitur.

Vérbera carnificum non timuérunt Sancti Dei, morientes pro Christi nómine: Ut hæredes fie-

rent in domo Dómini. Tradidérunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Lectio vi.

Illá in expeditione, liberis simul cum uxore insperato receptis, victor Urbem ingenti ómnium gratulatione ingreditur. Sed paulo post inanibus diis pro parta victória sacrificáre jussus, constantissimè rénuít. Cúmque variis artibus ad Christi fidem ejurándam frustrá tentaretur, uná cum uxóre & liberis leónibus objicitur: horum mansuetudine concitatus Imperátor, aneum in taurum subjectis flammis candentem eos imitti jubet; ubi divinis in laudibus consummáto martyrio, duodécimo Kaléndas Octóbris ad sempitérnám felicitatem convolarunt: quorum illæsa corpora religiósè à fidelibus sepulta, postmodum ad Ecclesiám eórum nómine erectam, honorificè translata sunt.

Tamquam aurum in fornace probávit electos Dóminus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illórum. Quóniam donum & pax est electis Dei. Qui confidunt in illum, intelligént veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

Intertio Nocturno, Homilia Sancti Ambrosii Episcopi in Evangelium. Descendens Jesus de monte, de Comuni plurimorum Martyrum. xl.

Pro Vigilia Sancti Matthæi.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio ix.

In illo tempore: Vidit Jesus publicanum nomine Levi, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et reliqua.

Ho-

Homilia Sancti Ambrósii

Episcopi.

Lib. 5. Comment. in Luc. cap. 5. post initium.

Mystica est hæc vocatio publicani, quem sequi jubet non corporis gressu, sed mentis affectu. Itaque ille prius avára de mercédibus, dura de laboribus periculisque nautarum emolumenta convertens, verbo vocatus propria derelinquit, qui rapiébat aliéna: ac vile illud sedile destituit, toto post Dóminum vestigio mentis incédit: convivii quoque magni exhibet apparatus. Qui enim domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium páscitur voluptatum.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus pro Commemoratione Vigiliæ, Antiphona & y. de Festis occurrente.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus; ut beati Matthæi Apostoli tui & Evangelistæ, quam prævenimus, veneranda solemnitas; & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dóminum nostrum.

Vesperæ de S. Matthæo Apostolo cum Commem. præcedentis Festi.

DIE XXI. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ.

Duplex.

Omnia de Comuni Apostolorum, j. præter ea quæ sequuntur. Oratio.

Beatí Apostoli & Evangelistæ Matthæi, Dómine; precibus adjuvémur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessionis donétur. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemor. SS. Eusebii & Sociorum Martyrum, Antiphona. Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, idè cum Christo exultant sine fine. Exultabunt Sancti in glória. Letabuntur in cubilibus suis.

Oratio. Deus, qui, ut supra 635.

In primo Nocturno, Lectiones de Ezechiele Propheta posite in Comuni Evangelistarum. xiv.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Matthæus, qui & Levi, Apóstolus & Evangelista, Capharnaï cum ad telonium sederet, à Christo vocatus, statim secutus est ipsum; quem etiám cum reliquis discipulis convivio excepit. Post Christi resurrectionem, à teque in provinciam proficerecetur, quæ ei ad prædicandum obtigerat, primus in Judæa, propter eos qui ex circumcissione crederant, Evangelium Jesu Christi Hebræicè scripsit: mox in Æthiopiám profectus, Evangelium prædicavit, ac prædicationem multis miraculis confirmavit.

Vidi conjunctos viros, habentes splendidas vestes, & Angelus Dómini locutus est ad me, dicens: Isti sunt viri sancti facti amici Dei. Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

Lectio v.

Illo igitur in primis miraculo, quo regis filiam à mortuis excitavit, regem patrem, & uxorem ejus cum universa provincia ad Christi fidem convertit. Rege mortuo, Hirtacus ejus successor, cum Iphigéniam regiam filiam, vellet sibi dari in matrimonium, Matthæum, cu-

jus

ius operâ illa virginitatem Deo venerat, & in sancto proposito perseverabat, ad altare mysterium celebrantem jussit occidi. Qui undecimo Kalendas Octobris manus Apostolicum martyrii gloriâ cumolavit, ac postmodum in Ecclesia ejus nomine dedicata, Gregorio Séptimo Summo Pontifice cõduntur, ibidem magno hõminum concursu ac pietate cõlitur.

R. Beati estis cum maledixerint vobis hõmines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me: * Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. * Cum vos oderint hõmines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hõminis. Gaudete.

De Expositione Sancti Gregorii Papæ super Ezechielem Prophetam.

Lectio vi.

Homil. 3. lib. 1.

Sancta quatuor animalia, quæ prophetiæ spiritu futurâ prævidentur, subtili narratione describuntur, cum dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Quid per faciem, nisi notitia; & quid per pennas, nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur: per pennas verò in altum avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinent, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis õvibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contemplationem verò, quæ super nosmetipsos tollimur, quasi in æra levamur.

R. Isti sunt triumphatores, & amici Dei, qui contententes iussa principum, meruerunt præmia æterna: * Modo coronantur, & accipiunt palmam. * Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Modò. Glória Patri. Modò.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Cap. 9. b.

In illo tempore: Vidit Jesus hõminem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in Matth. cap. 9. **C**eteri Evangelistæ, propter verecundiam, & honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt, Levi: duplici quippe vocabulo fuit. Ipse autem Matthæus (secundum illud quod dicitur à Salomone: Justus accusator est sui in principio sermonis: & in alio loco: Dic tu peccata tua, ut justificeris.) Matthæum se & publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliõra conversus sit, cum ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus.

R. Isti sunt qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: * Calcem Dõmini biberunt, & amici Dei facti sunt. * In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Calcem Dõmini.

Lectio viii.

Arguit in hoc loco Porphyrius, & Juliãus Augustus, vel imperitiam historici mentientis, vel sultitiam eorum, qui statim secuti sunt Salvatorem: quasi irrationabili-

li-

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

Sanctorum Mauritii & Sociorum Martyrum.

Antiphona. Istõrum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. * Latãmmini in Dõmino & exultate justi. * Et gloriãmmini omnes recti corde.

Oratio.

Annue; quæsumus omnipotens Deus; ut Sanctorum Martyrum tuõrum Mauritii, & Sociõrum ejus, nos lætificet festiva sollemnitas; ut quorum suffragiis nitimur, eõrum natalitis gloriõrum. Per Dõminum nostrum.

Lectio viii.

Cum Maximianus Imperator, ducto in Galliam exercitu, in finibus Sedunõrum sacrificii causâ constitisset, Thebæõrum légio, ne se impiõrum sacrõrum societate contaminaret, à reliquis cõpiss discessit. Quare Imperator misit ad eos milites, qui suo nomine nuntiarent, ut, si salvî esse vellent, in castra ad sacrificia redirent. Qui se Christianâ religione impediti responderunt. Quorum responsus ille indignissime ferens, majori iracundiâ, quam antea, exarsit. Itaque immissâ parte exercitus in Thebæos, decimum quencum eõrum primum occidi jussit: quod martyrum sua sponte, maximeque hortatore Mauritio, ferre maluerunt, quam imperatâ facere nefarii Imperatoris: ac deinde reliquos omnes, constantissime Christum prædicantes, decimo Kalendas Octobris ab univõso exercitu trucidari imperat.

Te Deum laudamus. 12.

DIE